

questo libro si presenta come una riflessione a tutto tondo sulle vicende e sui progressi della disciplina epigrafica dall'Umanesimo fino ai suoi ultimi sviluppi, oltre a ricordare, ancora una volta, quanto ampio e vario sia il campo d'indagine dell'epigrafia.

*Luca Maurizi*

*Corpus inscriptionum Latinarum. Consilio et auctoritate Academiae Scientiarum Berolinensis et Brandenburgensis editum. Voluminis sexti pars sexta. Indices. Fasciculus tertius. Grammatica quaedam erroresque quadratarii et alias rationes scribendi notabiliores.* Composuit ARTHUR ERNEST GORDON† adiutante [sic] JOYCE STIEFBOLD GORDON†. Auxerunt et edenda curaverunt ULRIKE JANSSEN et HANS KRUMMREY. Gualterus De Gruyter et Socii, Berolini, Novi Eboraci MMVI. ISBN 3-11-012152-2. 333 pp. EUR 168.

'Indices, quos ante oculos habes, suo genere singulares sunt, nam antea numquam formae anomale scriptae in volumine quodam *Corporis* occurrentes [sic] extra indicem grammaticum, ubi in genera digestae inveniuntur, etiam in litteram [i.e., in ordine alphabetico, ut p. 7 *aggro agru Agurina Augusto* etc.] digestae collectae sunt'. Ita editores Jansen et Krummrey in praefatione p. V. Hos indices in suo genere singulares esse non nego; quaerendum tamen mihi videtur, quae eorundem sit utilitas.

Volumen hoc constat ex tribus capitibus: 'I. Formae nominum et vocabulorum in litteram digestae. 1. Errores et aliae formae quae a norma discrepant' (p. 1–161; de mendorum generibus cf. p. V–VI), '2. Nomina et vocabula quae anomale scripta occurrunt' (p. 163–250; e.g., sub voce *ABSENTIA* invenimus formam 'anomale scriptam' *apsentiam*); 'II. Formae nominum et vocabulorum in genera digestae' (p. 251–333). Hoc caput ultimum eiusmodi est, ut sunt indices grammatici quos invenimus in aliis *Corporis* voluminibus, et sine dubio ii, qui hoc volumen in manibus suis habebunt, hoc praesertim capite utentur, rarissime aliis duobus.

Caput enim hoc ultimum omnia continet, quae desiderare possis, et non solum ea, quae continentur aliis huius voluminis capitibus (i.e. formas praesertim 'anomalas') sed multo plura, e.g. res ad syntaxin pertinentes (e.g. p. 325, 'praepositiones cum casu non suo'; p. 326–333, 'syntaxis'). Quod ad capita duo prima attinet, quamquam erunt sine dubio qui etiam his uti velint, tamen eorundem utilitatem non ita facile perspicere possum, praesertim cum capita haec paginas plus minus 250 sibi vindicent. Nam multo plures putaverim esse eos, qui scire volunt, num (e.g.) casus genetivi declinationis I finientes in *-aes* in universum inveniuntur saepius, quam eos, quibus satis sit scire formam eiusmodi inveniri in nomine *Iunia* (cf. *Iuniaes* p. 82); et etiam hi formam *Iuniaes* in capite III facile invenient (p. 306).

Quod ad caput I attinet, etiam id paululum miror, quod diversae formae et abbreviationes eiusdem vocabuli in lemmata plura sunt divisa; e.g. p. 99 invenimus lemmata 'moni.', 'monim.' (inter 'moni.' et 'monim.' sunt 'Moniani' et 'Monice'), 'monimen.', 'moniment.', '[mo]niment.', etc. (cf. e.g. p. 160 formas diversas vocabuli *uxsor*); at ei, qui scire vult e.g., num *monumentum* inveniatur scriptum *moniment-*, satis esse putaverim, si sciat hanc scribendi rationem in universum, si omnes casus et abbreviationum genera respicis, inveniri septies vel novies vel sim.

Erunt sine dubio etiam qui quaerant, num scriptores 'formam anomalam' recte definiverint; nam inter lemmata non solum formae variae modo quodam aut vetusto aut vulgari

scriptae inveniuntur (ut *Abentinus* pro *Aventinus* p. 1, *Septumius* et sim. p. 135), sed etiam menda qui non linguam Latinam, sed habilitatem lapicidarum (aut fortasse etiam imperitiam epigraphicorum) illustrant (e.g. *eerox* pro *ferox* p. 50). Quod ad me attinet, observavi inter nomina hominum adduci formas quae nullo modo 'anomalae' possunt haberi; nam satis bene constat nomina quaedam gentilicia inveniri quae varie terminantur (e.g. *Passenus Passienus Passenius Passienius*), et ego certe nullam de his formis 'anomalam' dici velim. Ita nescio, num p. 49 recte dicatur *Durdenus* scriptum esse pro *Durdenius*, p. 131 *Salvidena* pro *Salvidiena*, p. 13 *Apicato* pro *Apicatio* (nam *Apicatus* videtur esse huius nominis forma usitata). P. 181 (cf. 69) videtur dici praenominis *Gnaei* formam rectam esse *Cnaeus*. P. 52 nescio quo errore affirmetur in titulo 2030 (in Actis Arvalium) *Ennius* positum esse pro *Annius*.

Etiam alia quaedam inveni, quae mihi minus placebant (e.g. p. 51, ubi primum dicitur in titulo 1406 scriptum esse *Egnatis* pro *Egnatiis* – illam formam ego certe non dixerim 'anomalam' – et paulo post additur in titulo re vera inscriptum esse *Egnatiis* littera *i* alteri superimposita; p. 151, ubi inter formas 'anomalas' adducitur *Sal.*, compendium usitatius praenominis *Salvius*). At in universum fatendum est agi de opere utilissimo, praesertim si partem II respicis, in quo, cum agatur de opere satis amplo, menda vel errores aliquot minores deesse non possunt.

Olli Salomies

*Supplementa Italica. Nuova Serie 21.* Indici dei volumi 15-20 a cura di CLAUDIA LEGA e SIMONA CREA. Edizioni Quasar, Roma 2006. ISBN 88-7140-291-X. 290 pp. EUR 46,48.

*Supplementa Italica. Nuova Serie 23.* Edizioni Quasar, Roma 2007. ISBN 88-7140-317-7. 526 pp. EUR 46,48.

Volume 21, by Claudia Lega and Simone Crea, is again one consisting of indexes (cf. vols. 7 and 14), this time covering vols. 15 to 20. There is also a section on 'correzioni' to the same volumes (for instance, the index of names to Bergomum in vol. 16 seems to have been redone). As for the indexes, the longest one is that on 'Parole in contesto' (which also functions as an index of names, although one must remember that, in indexes of this type, there can be something between the feminine and the masculine forms of the same name; cf., e.g., Iunia and Iunii being separated from each other by the name of the month), this being followed by 'Numerali', 'Tipologia dei supporti' (with sections, e.g., on 'anello', 'cinerario', 'erma', 'stele', etc.), 'Materiali' ('pietra', 'marmo', etc.), 'Tecniche di scrittura' ('a solchi', 'a punti', etc.), 'Datazioni' (starting with 'III/II sec. a. C.' and ending with 'VIII/IX sec. d. C.'). At the end, there are substantial 'Conguagli bibliografici' (p. 267–290), listing, e.g., all inscriptions in *CIL* which are mentioned in vols. 15–20. The use of these indexes, of impeccable quality, is so great that this does not have to be pointed out by me.

As for vol. 23, this *Supplementum* is, as observed by Professor Silvio Panciera in the (again interesting) *Presentazione* (p. 7), the longest of those published so far. In a certain sense, it is more reminiscent of the 'normal' *Supplementum* than the previous volume 22 published in 2004, for that volume consisted of one 'supplementum' and several 'supplementorum supplementa', a category introduced in the same vol. 22. In this new volume, there are five contributions on cities not previously included in the series, whereas the category